76

136

PLUTARCH

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30540094

87577.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΙΣΙΔΟΣ ϗ ΟΣΙΡΙΔΟΣ.

PLUTARCHI

DE

ISIDE et OSIRIDE

LIBER:

GRAECE et ANGLICE,

Graeca recenſuit, emendavit, Commentario auxit,
Verſionem Novam *Anglicanam* adjecit

SAMUEL SQUIRE A.M.
Archidiaconus *Bathonienſis*.

ACCESSERUNT

Xylandri, Baxteri, Bentleii, Marklandi
CONJECTURAE et EMENDATIONES.

CANTABRIGIAE
TYPIS ACADEMICIS.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ECCE tibi, Lector, in manus trado Jani-

SALUTEM.

LECTORI CANDIDO

LECTORI CANDIDO

SALUTEM.

ECCE tibi, *Lector*, in manus trado laudatiſſimum illum *Plutarchi de Iſide et Oſiride* Libellum: laudatiſſimum vero dico, quia ſaepius in hoc uno memoratur Auctor quam in ceteris quibuſcunque opuſculis, egregiis licet, omnigenaeque eruditionis refertiſſimis. Sive enim *Mythologus* ſis, Fabulaſque Antiquorum mirandae ſane compoſitionis et prodigioſae explicare velis et diluere, ad Hiſtoriae veteris fidem revocare, ad Philoſophiae normam exigere, ad mores legeſque Gentium referre, ad Religionis denique inſtituta componere, hic eſt, quem quaeris, Liber aut nuſquam. Sive *Hiſtoricus* ſis, totuſque in Nationum antiquiſſimarum Migrationibus, Moribus, Legibus, Regibus et Dynaſtiis inveſtigandis, condendis, et digerendis verſeris — legas *Herodotum*, *Diodori* verba ad trutinam voces et appendas, haud tamen ſatis officio facies tuo, ni hunc *Noſtri* etiam Tractatum diligenti et curioſo oculo perlegeris. Ut verbo dicam, Religionis Aegyptiacae hic conduntur Reliquiae,

reſerato hoc Monumento pateſcunt undequaque collecta veteris Hiſtoriae fragmenta, Rituum et Ceremoniarum ſapientiſſimae Gentis disjecta membra Aromatibus quaſi et Bitumine delibuta, condita, et in ſecula ſervata.

Ne mireris igitur, *Lector*, ex ceteris *Plutarchi* Opuſculis hunc me praecipue ſelegiſſe Librum, ut novam ejus Editionem adornarem. Te enim appello, qui in hac Palaeſtra jam deſudaſti, quot quantaſque moleſtias in hoc opere perlegendo ſubiiſti? Saepe, ſcio, ex prava Interpunctione ſtomachatus es; ſaepe etiam incautum fefellit Verſio: quoties ex plurimis illis Mendis, quae ad unamquamque ferme occurrebant periodum, tibi mora injecta fuit? Quot demum locos inexplicabiles prorſus, nullaque induſtria pervincendos aegro animo relinquere coactus es? Haud igitur ingratum fore et injucundum ſpero et confido, ſi labores hoſce in poſterum tibi minuam, Librumque utiliſſimum de novo edendo parabiliorem ſimul, et intellectu faciliorem et Tibi et Omnibus praebeam.

"Optarem quidem, inquit eruditiſſimus ille *Fabricius*, (*Bibl. Graec.* Vol. 3.) "ut plura ex "praeclaris *Plutarchi* monumentis ſeparatim

"ex-

"extarent excuſa in Juvenum uſus, neque vo-
"luminum magnitudine fieret, ut Scholis om-
"nibus, et Juvenum fere Muſeis exulet" opti-
mus Philoſophus. Parere igitur tanti viri ſive conſilio ſive voto ipſe olim inſtitueram dum in Academia verſarer, dumque Res et Occaſio ſineret. Sed hic dies alios mores adfert, aliamque vitam poſtulat; terret etiam *Librorum MStorum* inopia et defectus; neque minus horret refugitque animus varia incommoda, ſub quibus laborant et obruuntur haec Studia. Quod autem potui in hoc negotio efficere publici juris jam facio, veniam facile impetraturus ſi bonarum Litterarum promovendarum ſtudium et voluntas vires nonnunquam ſuperent, ſi tantae molis impar auſis aliquando excidam.

Quod itaque a me in hoc opere edendo praeſtitum ſit, amice Lector, paucis jam accipe: *Textum* quidem *Libri* ad vulgatam *Editionem Francofurtenſem* dedi, niſi ubi menda egregia et manifeſta novam Lectionem plane efflagitarent; collatis vero utcunque Codd. antiq. impreſſis *prim. Aldin.* et *utroque Baſilienſi*, variantibuſque Lectionibus, quas ex *MSto Petavii* olim excerptas, ad calcem Editionis ſuae repoſuit *Xylander* — *Novam* ferme

In-

Interpunctionem ubique induxi: cum enim haec legendi adminicula vett. Libris MStis deeſſent prorſus, cur non mihi etiam atque primis illis Editoribus Sententiae diſtinguendae aequa poteſtas? — Emendationes demum *Xylandri*, *Baxteri*, *Bentleii* et *Marklandi* una cum propriis Conjecturis et Adnotationibus edidi, ut nihil Tibi vel ad intelligendum Auctorem, vel ad corrigendum, ſi qua opus ſit, auxilii deeſſet — *Xylandri* quidem Obſervationes ad finem Ed. Vulg. *Francof.* inveniuntur. extant *Baxteri* Correctiones ad calcem Paginae Anglicanae ſuae Verſionis: *Bentleii* Animadverſiones ex ora Libri ejus ipſe decerpſi, quem mecum, qua eſt humanitate, communicavit *Ric. Bentleius* nepos, cui ſupremae Voluntatis exequendae Operumque poſtumorum curam commiſit Patruus: Suas vero Notulas *Marklandus* ipſe, Vir optimus et χειπικώτατος, rogatus mihi ſtatim obtulit; unde inter ceteros illuſtres Scriptores *Lyſiam* puta, *Demoſthenem*, *Philonem*, et *Maximum Tyrium*, *Plutarchum* etiam ſibi in perpetuum devinxit.

Unicum porro reſtat, quod tibi dicam, *Lector*, perfeciſſe me et ad exitum perduxiſſe Adnotationes meas qualeſcunque, et Conjecturas,

prius

prius quam vel *Bentleii* vel *Marklandi* Animadverſiones inſpexeram, imo quam vel *Baxteri* Interpretationem perlegeram vel *Xylandri* Notulas. Hujus rei teſtes tibi optimos citarem, ſi opus eſſet; monere igitur ſufficiat. Vale et fruere.

Dabam e Coll. Sti *Johan. Cantabr.* 10 Cal. Julii 1744.

ERRATA.

P. 2. V. 6. ἰσχύρον, lege ἰσχυρὸν.
P. 4. 2da col. Not. lin. ult. *accuratiſſimam*, lege *accuratiſſimum*.
P. 6. Not. 5. *nunquam*, lege *nuſquam*.
P. 8. V. ult. παραλάβῃ· dele *interpunctionem*.
P. 11. Not. 5. *lanugo-netur*. lege *lanugo netur* :
P. 13. Not. 1. col. 2da. ΙΕΡΕΥΣΙ, lege ΙΕΡΕΙΣ.
P. 18. Not. 8. *ſatyrorum*, lege *ſatyrarum*.
P. 23. Not. 5. *Diaſpolitanum*, lege *Dioſpolitanum*.
P. 85. Not. 5. Quae poſt Τάδας, ex *Joſepho* obſervata, leguntur, delenda ſunt.
P. 97. V. 3. lege ἐλεγχομένην· amoto colo.
P. 117. lin. penult. Ἀρειμένιος, lege Ἀρειμάνιος.
P. 128. Not. col. 1. lin. 3. poſt *extat*, add. *Hiſt. Animal.*
P. 142. lin. antepenult. lege ποιότης· amoto colo.
P. 154. Not. 3. V. antepenult. lege *Theophraſtus Paracelſus*.
P. 168. Not. 5. ΔΕΙΞΑΙ *legas*, lege ΔΕΙΞΑΙ ΤΗΝ *legas*.
P. 176. Not. 5. *expectanda*, lege *expectandi*.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

[1]ΠΕΡΙ

ΙΣΙΔΟΣ ϗ ΟΣΙΡΙΔΟΣ.

α. ΠΑΝΤΑ μὲν, [2] ὦ Κλέα, δεῖ τἀγαθὰ τὰς νοῦν ἔχούσας αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν, μάλισα δ' ὅταν περὶ αὐτῶν ἐπισήμης, ὅσον ἐφικτόν ἐσιν ἀνθρώποις, μελιόντες, εὐχόμεθα τυγχάνειν

ADNOTATIONES & EMENDATIONES
In PLUTARCHI ISIDEM et OSIRIDEM.

[1] Titulus hujus libri, uti extat in catalogo Operum *Plutarchi*, quem in amici gratiam compoſuit *Lamprias* filius, ſic legitur, (N° 116.) ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤ' ΙΣΙΝ ΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΣΑΡΑΠΙΝ, vid. *Fabric. Biblioth. Graec.* vol. 3. pag. 339. Vnde autem oritur haec inſcribendi diverſitas ſive a Librariorum incuria, quod ſaepe fit, et quod poſtea revera factum fuiſſe videbimus in ipſis his verbis, ſive ab ipſius *Lampriae* manu, dictu eſt difficile. Scio quidem ſecundum mentem Chaeronenſis Philoſophi eundem prorſus eſſe *Sarapin* cum *Oſiride* noſtro; non eſt vero hanc ob cauſam quare a praeſenti lectione, quam omnes Edd. conſtanter exhibent, temere diſcedamus. Quum enim antiquior multo notiorque fuerit *Oſiris* quam *Sarapis* iſte; (cujus quippe imaginem, ſi *Montefaulconio* Antiq. explicat. T. 2. P. 2. c. 10. credendum eſt, apud vetuſtiſſimas aegyptiacae gentis Deorum Tabulas nunquam videre eſt .) Quumque Fabula quam explicare aggreditur auctor *de Iſide et Oſiride* tota ſit, de illo altero autem ne verbum quidem, niſi ὥσπερ ἐν παρέργῳ, proferat; nullum poſſit eſſe dubium quin praeſens ἐπιγραφὴ ad *Plutarchi* mentem quam maxime ſit accommodata. Ab *Euſebio* etiam, quod jam occurrit, (in libris de *Praep. Evang.* Ed. Paris. pagg. 91. et 186.) bis laudatur hic tractatus ſub titulo τῷ λόγῳ περὶ τῶν κατ' Ισιν, ϗ τὰς Αἰγυπτίων Θεὰς. De ratione porro ac ordine quem in hoc

παρ' αὐτῶν ἐκείνων· ὡς ἀθὲν ἀνθρώπῳ λαβεῖν μεῖζον, οὐ χαείσαδς θεῷ σεμνότερον ἀληθείας. τὰ ἄλλα μὲν γὰρ ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ὧν δέον δίδωσιν,[3] ἀκ οἰκεῖα κεκτημένος ταῦτα κὴ χρώμενος. ἀ γὰρ ἀργύρῳ κὴ χρυσῷ μακάριον τὸ θεῖον, ἀδὲ βρονταῖς κὴ κεραυνοῖς ἰσχύον, ἀλλὰ σοφίᾳ κὴ φρονήσει. [4] κὴ τοῦτο καλλίστα πολλῶν Ὅμηρος ὧν εἶρηκε, φέρει θεῶν ἀναφθεγξάμενος,

Ἢ μὲν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη,
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει, κὴ πλείονα ἤδει,

libro compilando obſervavit *Plutarchus*, non neceſſe eſt ipſe pluribus dicam; tam apprime enim in eum conveniunt quae in ſimili argumento pertractando de ſeipſo profert *Auctor de Dea Syria*, ut nequeam a me facile impetrare quin totum locum ob lectoris oculos ſiſtam; ἱερέοντι δέ μοι —— τὴν Θεὸν αὐτοὶ ἣν τινα δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τῶν οἱ μὲν ἱροὶ, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες· κὴ ἄλλοι βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τὰς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δέκομαι δὲ ὀλαμᾶ. Jure enim de *Plutarcho* obſervare licet, quod inquirenti illi de *Iſide et Oſiride*, quinam eſſent divi, multa dicebantur *quorum alia erant ſacra, alia plana et manifeſta, alia admodum fabuloſa, alia barbara, alia cum Graecis conſentientia, quae quidem omnia in hoc libro refert et recenſet auctor, quamvis omnia neutiquam adprobat.*

[2] ὦ Κλέα] Patet ex inſequentibus *Cleam* hanc illuſtriſſimam fuiſſe foeminam, Ἀρχηγὸν quippe τῶν ἐν Δελφοῖς Θυιάδων. Neque unicum hunc librum nomini ejus inſcripſit *Plutarchus*, ſed alterum quoque quem *de Mulierum virtutibus* compoſuit; ex quo *Cleam* noſtram et in librorum lectione verſatiſſimam fuiſſe, et philoſophiae deditam colligere eſt: illius adeo nomen *in Hiſtoria Mulierum philoſopharum* merito recenſet doctiſſimus *Menagius*.

[3] ἀκ οἰκεῖα] Ceterae Edd. omnes, unica excepta, οἰκεῖα praeſtant, abſque negante particula; quae tamen particula abeſſe haudquaquam poſſit ſummo fine ſententiae diſpendio. Statuit enim *Auctor*, ſicut et alii Philoſophi qui rem Ethicam tractaverint, οἰκειότητα eſſe quandam inter Deos et veritatem, (ſive ut loqui amat *Hierocles* (Ed. Lond. poſtrema pag. 218.) ἀλήθεια κὴ ἀρετὴ ἀ μόνον ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ κὴ ἐν θεοῖς τὰ μέγιστα,)

σεμνοτέραν ἀπέφηνε τῲ τ̃ Διὸς [5] ἡγεμονίαν ἐπιστήμης ϗ σοφίας, πρεσβυτέραν ὖσαν. οἶμαι ὃ ϗ τ̃ αἰωνίᾳ ζωῆς, ὣ ὁ Θεὸς εἴληχεν, δύδαιμον εἶναι τὸ τῇ γνώσῃ μὴ προαπολιπεῖν τὰ γινόμενα· τ̃ ὃ γινώσκειν τὰ ὄντα, ϗ φρονεῖν ἀφαιρεθέντος, ὁ βίον ἀλλὰ χρόνον εἶναι τὴν ἀθανασίαν.

β. Διὸ Θεώτης ὄρεξίς ἐστιν ἡ τ̃ ἀληθείας μάλισα ὃ τ̃ περὶ θεῶν ἔφεσις, ὥσπερ [1] ἀνάληψιν ἱερῶν τὴν μάθησιν ἔχουσα ϗ τὴν ζήτησιν, ἀγνείας τε πάσης ϗ νεωκορίας ἔργον ὁσιώτερον· ὐχ

μέγισα,) non item inter cetera vitae πρεσβ. ὖσαν.] Forsan, ἡγεμονίαν, ἐπιστήμῃ καὶ σοφίᾳ πρεσβ. ὖσαν. *Markl.* Quam quidem Viri Cl. conjecturam veriſſimam esſe arbitror. Recte igitur vertit *Xylander*, "*Majestate jovis imperium anteire ostendit*, "*quod scientia et sapientia esset anti-*"*quius*." Error quippe primum natus est ex Librarii, sive Ἀναγνώστου insciti, qui punctum istud, sive I, quod pro more, nominibus adderetur ad casum significandum, ipsius vocis inflexionis partem esse ducebat, atque adeo ex ΕΠΙΣΤΗΜΗΙ et ΣΟΦΙΑΙ, ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ et ΣΟΦΙΑΣ peperit—Quem quidem errorem saepissime erraverint vet. codd. exscriptores.

bona, divitias puta et imperium—Quae tamen oppositio nulla omnino foret absque neg. particula; in Textum igitur eam haud haesitanter accepi, suffragantibus praesertim MS. P. et Ed. Basil. a *Xylandro* curata A.D. 1574.—Cl. autem *Marklandus*, cujus nomen in orbe litterato notius est quam ut meis praeconiis indigeat, hoc modo distinguendum putat—δίδωσιν **** οἰκεῖα κεκλημένος ταῦτα etc. desunt enim, inquit vir longe doctissimus, nonnulla.

[4] Καὶ τοῦτο κάλλισα] Forsan, ϗ τοῦτο, κάλλισον πάντων ὧν Ὅμηρος εἶρηκε περὶ Θεῶν, ἀναφθεγξάμενος, Sc. *Atque hoc, omnium quae de Diis dixit Homerus pulcherrimum, effatus,—Majestate Jovis Imperium anteire innuit* etc. Ita cum anterioribus optime conveniunt posteriora. Extant vero hi versus ap. Il. N. v. 354, 355.

[5] ἡγεμονίαν ἐπιστήμης ϗ σοφίας,

[1] Ἀνάληψιν ἱερῶν.] Per has voces non intelligit auctor *recuperationem sacrorum*, ut *Xylander*; vel *platonicam* quandam *reminiscentiam*, uti interpretatur *Baxterus*, qui anglicanam versionem adornavit, sed simpliciter *susceptionem sacrorum*: Quo quidem

ἤκισα ὃ τῇ Θεῷ ταύτῃ κεχαρισμένον, ἰὼ σὺ θεραπεύεις ἐξαιρέτως σοφὴν καὶ φιλόσοφον οὖσαν, ὡς τοιοῦτόμά τε φρονεῖν ἔοικε πάντας μᾶλλον αὐτῇ τὸ εἰδέναι καὶ τιμᾶν ἐπιχειρῆσαι. Ἑλληνικὸν γὰρ ἡ Ἶσίς ἐστι, καὶ ὁ Τυφὼν πολέμιος [2] τῇ θεῷ, καὶ δι' ἄγνοιαν καὶ ἀπάτην τετυφωμένος, καὶ διαπῶν καὶ ἀφανίζων τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ Θεὸς σωτῆρά τε καὶ σωτίθην, καὶ παραδίδωσι τοῖς τετελεσμένοις θειώσεως, σώφρονι μὲν ἐνδελεχῶς διαίτῃ, καὶ βρωμάτων πολλῶν καὶ ἀφροδισίων ἀποχαῖς [3] κωλυόσης τὸ ἀκόλαστον καὶ φιλήδονον, ἀθρύπτους δὲ καὶ σκληρὰς ἐν ἱεροῖς λατρείας ἐθιζούσης ὑπο-

dem in ſenſu μαθημάτων ἀνάληψιν *Baſilius* (in *Epiſt.* ad *Euſtath*), et θεωρημάτων ἀνάληψιν *Philo Jud.* uſurpant.

[2] τῇ θεῷ, ☙ δι' ἄγνοιαν—] Forſan, τῇ θεῷ, Ο δι' ἄγνοιαν. *Markland.*

[3] κωλυόσης] Ita ex emendatione primus dedi. Quae enim aliae ſunt edd. omnes ΚΩΛΥΟΥΣΑΙΣ habent, conſtructionis ratione prorſus neglecta. Cum enim ad θειώσεως referatur, neceſſe eſt gignendi caſu legatur, aeque ac ΕΘΙΖΟΥΣΗΣ, quae vox ſtatim ſequitur, et ad idem nomen refertur. ΚΩΛΥΟΥΣΗΣ legunt etiam *Baxterus*, *Marklandus*.

[4] καὶ μεθ' αὐτῆς ὕλα, καὶ συνόλα] Lubentiſſime quidem iſtud ΚΑΙ, quod primum legitur, delerem, ſi modo vel MS aliquis, vel antiquae Edd. menti faviſſent. Quid enim valet niſi ad ſenſum, curſumque orationis perturbandum, qui ſine eo optime procedunt?

[5] ἐπαγγέλλεται ☙ γνῶσιν ☙ εἴδησιν.] Ecce iterum odioſa iſta particula! prorſus igitur ejicias, vel cum *Marklando* ejus loco ſubſtituas Artic. ΤΗΝ, hoc ſc. modo; ἐπαγ[.ΤΗΝ γνῶσιν ☙ εἴδ.

[6] ὡς εἰσόμενον.] Forſan, ΕΙΣΟΜΕΝΩΝ, uti etiam conjecerant *Bentleius*, *Baxterus* et *Marklandus*. Nihil vero in textu immutandum eſſe duxi, quia apud atticae elegantiae imitatores, et accuſandi caſum abſolute, ut loqui amant Grammaticorm Filii, poſitum ſaepius videre eſt. Atque ita *auctor noſter* (cap. 6.) ὡς ὃ προσῆκον ſtatim uſurpat. Conſulas vero accuratiſſimam Cl. *Taylori* indicem ad

Lyſiae

μῳύειν, ὧν τέλος ἐσὶν ἡ ϗ πρώτη ϗ κυρίη ϗ νοητὴ γνῶσις, ὃν ἡ θεὸς προσκαλεῖ ζητεῖν παρ' αὐτῇ [4] καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα ϗ σωόντα. τὴν δὴ ἱερὸν σῶμα ϗ σαφῶς ἐπαγγέλλεται [5] ϗ γνῶσιν ϗ εἴδησιν τοῦ ὄντος. ὀνομάζεται γὰρ Ἴσιον [6] ὡς εἰσόμῳον τὸ ὄν, ἂν μὴ λόγῳ ϗ ὁσίως εἰς τὰ ἱερὰ παρέλθωμῳ τ θεοῦ.

γ. Ἐπ πολλοὶ μῳὺ [1] Ἕρμοῦ, πολλοὶ δὲ Προμηθέως ἱσορήκασιν αὐτῷ θυγατέρα· ὧν [2] τὸν μῳὺ ἕτερον, σοφίας ϗ προνοίας, Ἑρμῷ δὲ γραμματικῆς ϗ μουσικῆς εὑρετὴν νομίζοντες. διὸ ϗ [3] τῶν ἐν Ἑρμοπόλει Μουσῶν τὴν πρώτην

Lyſiae Orationes, V. *Accuſativus*. ΕΙΣΟΜΕΝΟΙ ex emend. *Xylandri* eſt.

[1] ἑρμῷ θυγατέρα.] Hic eſt *Hermes*, ſive *Mercurius* ille quem *Arnobius*, (l. 4.) uti et auctor noſter, *Litterarum Proditorem apud Aegyptum* vocat, quemque quinque *Mercuriorum*, quos omnes nominat, natu minimum fuiſſe ſtatuit.

[2] τὸν μὲν ἕτερον.] Habent *Edd. Aldin. Steph. Francof.* ΤΟ μὲν ἕτερον: Qui forſan error ex Typothetarum incuria primum natus eſt. Neque vero adhuc ſanus eſt locus; ſi enim retineatur ΩΝ, uti rectiſſime obſervat *Marklandus*, legendum eſt ΝΟΜΙΖΟΥΣΙ: [vel ΝΟΜΙΖΟΝΤΑΙ, quae vox ad antiquam lectionem propius accedit.] *Prometheus* autem Sapientiam adinveniſſe dicitur, quia ut *Suidas* (in voce) habet, τινὰς ἰδιώτας ὄντας ἐποίησεν ἐπιγινώσκειν σοφίαν. Cum vero *Providentiae* quoque idem vir auctor et inventor dicitur, ex ipſius nominis interpretatione, pro ſolenni Graecorum more, oriebatur fictio: ΠΡΟΜΗΘΕΙΑ enim apud eos per ΠΡΟΝΟΙΑΝ explicatur.

[3] τῶν ἐν Ερμοπόλει Μουσῶν.] Iſtud ΕΝ ex conjectura addidi, cum ceteris edd. male abſit. Hac quoque in Emendatione *Bent. Baxt.* et *Markland* mecum conſentientes habeo. — De his vero *ad Hermopolim Muſis* nulla alibi, quod ſcio, apud veteres facta eſt mentio. Crediderim vero, ut, quod ſentio, vel ſuſpicor potius, dicam, duas fuiſſe celeberrimas foemineas Statuas apud hanc urbem, quarum ſingula Ethicam Virtutem

[4]Ἰσιν ἅμα καὶ Δικαιοσυνίῳ καλοῦσι σοφίαν, ὡς ὅσον εἰρηται, καὶ δεικνύουσαν τὰ θεῖα τοῖς ἀληθῶς καὶ δικαίως [5]ἱεραφόροις καὶ [6]ἱεροστόλοις προσαγορ-

repraesentaret, cujuſmodi non apud Romanos Graecoſque tantum, ſed et Aegyptios etiam plurimus fuit uſus — Harum *Priorem Juſtitiae* fuiſſe Imaginem ex hoc loco conſtat, *alteram* vero *Veritati* dicatam eſſe arbitror, ex Gentis praeſertim indole et moribus conjecturam capiens. *Juſtitiam* enim et *veritatem* indiviſas eſſe comites, ſemperque inter ſe conjunctas voluerunt Aegyptii. *Veritatis* igitur Imaginem in judiciis circa collum ſemper ferebat ὁ ἀρχιδικαστὴς ſive praeſes judicum aegyptiorum. vid. *Diod. Sic.* L. 1. P. 68. et *Aelian. Var. Hiſt.* L. 14. c. 34.

[4] Ἰσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι.] Non hoc tantum loco *Iſis* noſtra *Juſtitia* vocatur, ſi modo *Seldenum* audiamus. Profert enim eruditiſſimus ille vir (in l. 2. de *Synedriis*) veterem Inſcriptionem, quae Venetiis viſebatur, ubi eandem rem cernere eſt. Totam vero ἐπιγραφὴν, longiuſcula licet ſit, exſcribam; quia forſan nobis ſit poſtea uſui ad ſequentia intelligenda:

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕΡΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ
ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΠΑΥΣΙΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ
ΚΑΙ ΟΙ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙ ΥΠΕΡ
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣ
. . ΥΝΗΙ ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ.

Poſtremas has voces *Iſidi Juſtitiae* recte interpretatum eſſe *Seldenum* ex hoc loco *Plutarchi* certiſſime conſtat. Vid. etiam Inſcriptionem hanc apud *Reineſium* I. 135. Et quid miri, *Iſidem* noſtram, quae apud aegyptios ſecundum aliam Inſcriptionem *omnia eſt*, et Juſtitiam vocari? quando praeſertim, uti jam obſervaſſet auctor, eximie ſapiens eſſet et philoſopha. Pro ΣΟΦΙΑΝ igitur, quae vox omnes edd. jam occupat, lubens cum *Bentleio* et *Marklando* ΣΟΦΗΝ legerem. nempe ut alludatur ad ea quae de *Iſide* paullo ante locutus fuerat — ΟΥΣΑΝ vero abeſſe, ſive ΣΟΦΗΝ legamus, ſive ΣΟΦΙΑΝ, vix videtur pati poſſe Graecae Linguae Indoles; quae res a *Baxtero* quoque adnotata eſt.

[5] ἱεραφόροις.] Haec omnium eſt edd. ſcriptura; nunquam vero alibi, quod ſcio, extat haec vox: ſemper enim ΙΕΡΟΦΟΡΟΙ dicuntur hi ſacerdotes.

[6] ἱεροστόλοις προσαγορευομένοις.] Multa quidem de Religione veteris Aegypti, deque iis preſertim qui ei Genti a ſacris erant, tradit Antiquitas; recenſentur quippe ΠΡΟΦΗΤΑΙ, ΙΕΡΟΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, ΩΡΟΛΟΓΟΙ, ΠΑΣΤΟΦΟΡΟΙ, ΝΕΩΚΟΡΟΙ, multitique alii deorum miniſtri. *Hierophororum* porro, *quorum erat*, ut verbis *Apuleianis* utar (*Metam. Ed. Delph.* l. 11. p. 373.) "*ferre Ciſtam Sacro-*" *rum capacem*," non infrequens alibi eſt mentio facta; de *Hieroſtolis* vero

βυσσίνοις. ἕτοι δ' εἰσὶν οἱ τὸν ἱερὸν λόγον περὶ θεῶν πάσης καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας καὶ περιεργίας ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες, ὥσπερ ἐν κίστῃ, [7] καὶ

vero iſtis, qui *Sacriferos* jam comitentur, hoc unico loco excepto, nihil quicquam apud idoneos auctores temere invenias. Quid igitur? Num delendam ſtatuis hanc vocem? Ita quidem, ejuſque loco reponendam eſſe cenſeo ΠΑΣΤΟΦΟΡΟΙΣ, quo quidem verbo nullum vel ſententiae auctoris, vel inſtitutis aegyptiis accommodatius facile reperire queas. "*Poſto-*
"*phori quippe dicti ſunt a* ΠΑΣΤΩΙ
"*quod erat velum linteum variega-*
"*tum plumario opere quod Foribus*
"*Thalami, vel ſacrae calybae oppan-*
"*di ſolitum:*" Verba ſunt *Salmaſii* in *Plinianis* p. 1217. Cum autem τὸ πάσσειν per τὸ ποικίλλειν optime apud *Homerum* explicet *Euſtathius*, (comm. p. 1239.) exiſtimarim potius eos olim *Paſtophoros* generatim fuiſſe dictos *qui a Veſtibus erant* Diis noſtris; ſcil. quibus ſacra Veſtimenta, tum variegata illa Iſidis, tum ſplendida et coruſcantia Oſiridis, curae demandata fuerint: (vid. infra p. 680. *Ed. Steph.*) vel ut *Firmicus Matern.* habet, *Veſtitores erant divinorum ſimulachrorum.*—Coetus igitur Paſtophororum *ſacroſancti Collegii nomen erat*, vid. *Apul.* l. 11. p. 380, (uti et *Levitae* olim inter *Hebraeorum* ſacerdotes;) quorum quidem hominum varia videntur fuiſſe officia. Alii enim ex iis ad ſacras veſtes Diis nunc induendas, nunc exuendas deſtinati erant; alii porro veli iſtius variegati, quo circumcludebantur templorum adyta, curam gerebant, alii denique *ad nigerrimam illam pallam*, de qua in Pompa Iſiaca loquitur *Apuleius*, ferendam inſtituti erant: atque hi forſan ſunt ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ praecipue nuncupati, de quibus in inſcriptione, quam ſupra ex *Seldeno* attuli, facta eſt mentio, uti quoque in aliis duabus quae ibidem legantur. Nihil vero temere ſtatuendum eſſe arbitror in re praeſertim tam dubia et obſcura. Textum igitur minime ſollicitavi, ut ſi quibus ΙΕΡΟΣΤΟΛΟΙ iſti, ſive potius ΙΕΡΟΣΤΟΛΙΣΤΑΙ placeant; nihil haberent quod meae temeritati jure objicere poſſent. Cum vero *Hebraei* ſuam quoque Arcam haberent, in qua ſanctiſſimi faederis Tabulas reponerent, aeque ac Aegyptii ſuas ciſtas in quibus res ſanctiſſimas, ἱερὸν λόγον praeſertim, abſconderent.—Quaeri ſolet a viris doctis utrum Hebraeorum ſimiae fuerint aegyptii hoc in negotio; an vero Deus ſeſe Iſraelitis, ei rei jam in Aegypto adſuetis, adcommodarit? Nobis, haec monere tantum ſufficiat. vid. *Cleric. Com. Pentat.* Exod. 25. 10.

[7] καὶ περιστέλλοντες τὰ μὲν.] Amovi ſemicolon iſtud odioſum, quod olim viam quaſi obſtruebat inter περιστέλλουσες et ſequiorem periodi partem. Explicare enim aggreditur *auctor* quinam ſunt *Hierophori* quinam *Hieroſtoli* ſive *paſtophori*. "*Hierophoros*
"(inquit) eos volo, qui ſacram de

ϖδισέλλονΤες, τὰ μὲν, μέλανα καὶ σκιώδη, τὰ δ', φανερὰ καὶ λαμπρὰ τ ϖδὶ θεῶν ὑϖοδηλοῦντα οἰήσεως, οἵα καὶ ϖδὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν ἀποφαίνεσθαι. διὸ καὶ τὸ κοσμεῖσθαι τούτοις τοὺς ἀποθανόντας Ἰσιακοὺς, [8] σύμβολόν ἐστι τοῦτον τὸν λόγον εἶναι μετ' αὐτῶν, καὶ τοῦτον ἔχοντας, ἄλλο δὲ μηδὲν, ἐκεῖ βαδίζειν. ὅτε μὲν φιλοσόφους ϖωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορεῖαι ϖοιοῦσιν, ὅτε Ἰσιακὰς [8] αἱ λινοσολίαι, καὶ ξύρησις· ἀλλὰ Ἰσιακός ἐστιν ὡς ἀληθῶς, ὁ, τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα ϖδὶ τοὺς θεοὺς τούτους (9 ὅτϖ νόμῳ ϖδιαλάβῃ·)

" Diis doctrinam in animis ſuis, tan-
" quam in ciſta geſtant; *Paſtophoros*
" vero, qui deorum Statuas veſtibus
" nunc atris et umbroſis, nunc claris
" ſplendidiſque adornantes hoc mo-
" do ſubindicare videntur qualem ip-
" ſos de diis opinionem tenere doceat
" ſacra doctrina; partim ſcil. claram
" et manifeſtam, partim autem obſcu-
" ram et tenebroſam, prout ſacra ſunt
" veſtimenta." Hac igitur interpretatione admiſſa omnia clara ſunt et diſtincta, quae ſine ea neutiquam intelligi poſſint. Obſervandum porro eſt, quod viri doctiſſimi, tum *Bentl.* tum *Markl.* pro ὑποδηλοῦντα, ΥΠΟΔΗΛΟΥΝΤΕΣ ſubſtituunt — ſed correctione nihil opus eſt, cum veſtes ipſae ſint, qvae ſubindicare videntur qualem de diis opinionem *Paſtophoros* edoceat ſacra Doctrina.

[8] Σύμβολον ἐστι τοῦτον τὸν λόγον] Olim legebatur ΤΟΥΤΕ τὸν λ., mendoſe vero. ΤΟΥΤΟΝ igitur, quae eſt lectio *Edd.* antiquiſſimarum *Aldin.* et *Baſil.* ſuo loco demum reſtitui. Si vero ΤΟΥ ΤΕ obnixe retinere velis, neceſſe eſt cum *Marklando* deinceps ſcribas, καὶ ΤΟΥ τοῦτον ἔχοντας &c, quae forſan ſcriptio nonnullis optima videbitur. Nihil vero opus eſt correctione quam nobis exhibet *Baxterus*, qui ΙΕΝΑΙ pro εἶναι reponit. Totum vero locum ſic latine verterem. " *Quod autem mortui Iſiaci ſacris*
" *his deorum veſtibus*" (quas forſan veſtes cum Diis non amplius uſui eſſent inter ſe, alioſque ſuis ſacris deditos, diſpertiverint *Paſtophori*) " *a-*
" *dornantur, ſymbolo eſt ſive ſigno*
" *ſacram hanc de diis doctrinam cum*
" *iis adhuc eſſe, eamque ſolam cum*

" *iis*

λόγῳ ζητῶ, ϗ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας.

δ. Επεὶ τές γε πολλὸς ϗ τὸ κοινότατον τῶτο ϗ τὸ σμικρότατον λέληθεν, ἐφ' ὅτῳ [1] τὰς πίχας οἱ ἱερεῖς ἀποτίθενται ϗ λινᾶς ἐσθῆτας [2] φορέσιν, οἱ μὲν ὀδ' ὅλως φρονπίζεσιν εἰδέναι περὶ τέτων· οἱ δ' τῶν μὲν ἐείων, ὥσπερ τῶν κρεῶν, σεβομένες τὸ περάτιον ἀπέχεσθαι λέγεσι, ξύρεσθαι δ' τὰς κεφαλὰς διὰ τὸ πένθος, φορεῖν δ' τὰ λινᾶ διὰ τὴν χρόαν ἐπὶ τὸ λῖνον ἀνθρωπῷ ἀνίησι τῇ περιεχέσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαρπότητι περ-

"*iis inferos uſque poſſe ire comitem.*"

[8] αἱ λινοστολίαι] Imo ΑΥ λινοσ. uti eleganter admodum legit *Markland.*

[9] ὅταν νόμῳ παραλάβῃ] Harum vocum primam delendam eſſe cenſet *Xyland.* Sed non ita *Bentl.*; ejus enim loco ſubſtituit ΑΤΤ' ΑΝ: et pro παραλάβῃ habent *Codd. Aldin. et Baſil.* ΠΑΡΑΒΑΛΗΙ. Nulla vero omnino immutatione opus fuerit, ſi modo mecum hoc modo interpungas. Ι. ε. ὡς ἀληθῶς, ὁ, τὰ δεικνύμενα κ. δ. π. τ. θ. τ (ο. ν. π) λόγῳ ζητῶν. ſc. "*Sed* "*is vere eſt Iſiacus, qui poſtquam earum* "*rerum notitiam rite comparaverit,* "*quae de his diis oſtenduntur et ab his a-*" *guntur, ea omnia ad rationis normam* "*examinat* &c." Ad ſententiam vero quod attinet, uti recte monuit Cl. *Markl.*, quam eſt ſimillima iis quae habet *D. Paulus* Ep. ad Rom. c. 2. v. 28. ὁ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ιουδαῖός ἐστιν κ. τ. λ.

[1] τὰς τρίχας οἱ ἱερεῖς ἀποτίθενται &c.] *Herod.* l. 2. c. 38. *Ed. Gronov.* οἱ ἱρέες τῶν θεῶν, τῇ μὲν ἄλλῃ κομέσσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρῶνται. atque iterum c. 37. οἱ δὲ ἱρέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρας, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνεταί σφι θεραπεύσι τὺς θεύς. ἐσθῆτα δὲ φορέσσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην.

[2] φορῶσιν] Poſt hanc vocem colon quidem lubens adderem; proximamque ſententiam a ΚΑΙ inciperem, quod, neſcio quomodo, ob ſequens forſan ΟΙ exciderat. Deinceps, poſt εἰδέναι, ΤΙ addendum eſſe cenſeo, atque ita omnia plana eſſent et perſpicua quae nunc confuſa et mutila leguntur. Ita vero vertas, "*Vulgo uſitatiſſima illa et minima ſunt incogni-*

"*ta,*

σεοικυΐαν. ἡ ὃ ἀληθὴς αἰτία μία σᾶσῶν ἐσὶ· καθαρὸν γὰρ (3 ἢ φησιν ὁ Πλάτων) ἀ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ. σῶμα ὃ τροφῆς καὶ σκύβαλον ἀδὲν ἁγνὸν ἀδὲ καθαρόν ἐσι· ἐκ ὃ σιτίων μάτων ἕλκια καὶ λάχναι, καὶ τρίχες καὶ ὄνυχες φύονται καὶ βλασάνουσι. 4 γελοῖον οὖν ἂν, τὰς μὲν αὐτῶν τρίχας ἐν ταῖς ἁγνείαις ἀποτίθεσθαι ῥυπωμένους σᾶσι ὁμαλῶς τὸ σῶμα, τὰς ὃ τῶν ἑρεμμάτων ἀμπέχεσθαι καὶ φορεῖν. καὶ γὰ τὸν Ἡσίοδον οἴεσθαι δεῖ, λέγοντα,

Μηδ' ἀπὸ σεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῖσι τάμνειν αἰθωνι σιδήρῳ,
διδάσκειν, ὅτι δεῖ καθαρὰς τῶν τοιάτων ὑμνῳδίας ἑορτάζειν, ἀλ' ἐν αὐταῖς ταῖς ἱερουργίαις χρῆσθαι

" *ta, cur capillos ponunt ſacerdotes, et* " *linea veſtimenta gerant: alii vero* " *ſunt* &c."

Ibid. Leg. et diſting. φορεῦσιν. οἱ μὲν ΟΥΝ (vel ΓΑΡ) ἀδ' ὅλως &c. *Markland.*

3 ἢ φησιν ὁ Πλάτων] Verba *Socratis* ſunt ap. *Platon. Phaedon.* ubi obſervandum eſt, ΕΦΑΠΤΕΣΘΑΙ legi pro ἅπτεσθαι: atque ita hic locus laudatur a *Clement. Alexand. Strom.* 5. p. 647. *Ed. Oxon.* Ad rem vero ipſam quod attinet, ſatis conſtat ex antiquiſſimis ſcriptis munditiae ſtudioſiſſimos fuiſſe Aegyptios; nam praeter abraſionem iſtam totius corporis de qua ſupra diximus, λοῦλαι δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός, ἄλλας τε θρησκείας μυρίας ἐπιτελέουσι: verba ſunt *Herod.* l. 2. c. 37. ἀ γὰρ ᾤονλο καλῶς ἔχειν ἄτε σώμασιν, ἄτε ψυχαῖς ὑπέλοις καὶ νοσώδεσι θεραπεύειν τὸ καθαρὸν ἐ ἀβλαβὲς πάντη καὶ ἀμίαντον. Vid. *infra* p. 383. B. *Ed. Francof.*

4 γελοῖον ἂν ἦν] Nonne potius legendum eſſet γελ. ἂν ΑΝ ἦν? extant autem, qui ſtatim leguntur, verſus, *Heſiod.* ἐργ. καὶ ἡμ. 741.

5 τὸ δὲ λῖνον φύεται &c.] *Plin. Nat. Hiſt.* l. 19. c. 2. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Goſſipion vocant, plures Xylon, et ideo lina inde facta,

καθάρσει καὶ ἀφαιρέσει τῶν ἀπορριμάτων. [5] τὸ δὲ λῖνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, καὶ καρπὸν ἐδώδιμον ἀναδίδωσι, λιτὴν δὲ παρέχει καὶ καθαρὰν ἐσθῆτα, καὶ [6] τῷ σκέπωνι μὴ βαρυοῦσαν, δύαερμοσον δὲ πρὸς πᾶσαν ὥραν· ἥκιστα δὲ φθειρποιὸν, ὡς λέγουσι· πρὶ ὧν ἕτερος λόγος.

ε. Οἱ δὲ ἱερεῖς οὕτω διαχειρίζουσι τὴν τῶν ἀπορριμάτων φύσιν, ὥστε μὴ μόνον [1] ἀπαιτεῖσθαι τῶν ὀσπρίων τὰ πολλὰ, καὶ τῶν κρεῶν τὰ μήλεια καὶ ὕεια, πολλὴν ποιοῦνται ἀπορίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας τῶν σιτίων ἐν ταῖς ἁγνείαις ἀφαιρεῖν· ἄλλας τε πλείονας αἰτίας ἔχοντας, καὶ πολιτικωτέρους καὶ βραχυλογωτέρους ποιεῖν [2] ἐπιθήγοντας τὴν ὄρεξιν. τὸ γὰρ, (ὡς Αἰσαγόρας ἔλε-

Xylina. Parvus eſt, ſimilemque barbatae nucis defert fructum, [τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται καρύῳ μάλιστα προσεοικὼς &c. *Jul. Poll.* l. 7. c. 17.] cujus ex interiore bombyce lanugonetur. Nec ulla ſunt eis candore, mollitiave praeferenda. Veſtes inde ſacerdotibus Aegypti gratiſſimae.

[6] τῷ σκέπωνι μὴ βαρύνουσαν] Forſan, ΤΟΝ ΣΚΕΠΟΝΤΑ μὴ βαρυν. ut p. 353. A. Si retineatur τῷ σκέπωνι ſcribendum potius, ΒΑΡΕΙΑΝ ΟΥΣΑΝ, quam βαρύνουσαν. *Markland.*

[1] παραιτεῖσθαι τὰ ὀσπρίων τὰ πολλὰ] Immo ab omnibus omnino tum herbis tum leguminibus ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΓΝΕΙΑΙΣ abſtinere ſolitos eſſe ſacerdotes Aegyptios diſertis verbis aſſerit *Porphyrius*, in lib. 4. περὶ ἀπ. p. 152. *Ed. Cantab.* ὁ δὲ χρόνος ἔτος, ὁπόλε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν —— παντὸς μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου καὶ ὀσπρίου. *Fabae* vero praecipue abominationi erant ſacerdotibus Aegyptiis: Κυάμους δὲ οὔτε τι μάλα σπείρουσι αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τούς τε γενομένους εἴτε τρώγουσι, εἴτε ἕψοντες πατέονται. οἱ δὲ δὴ ἱρέες, οὐδὲ ὀρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρόν μιν εἶναι ὄσπριον. *Herod.* l. 2. c. 37.

[2] ἐπιθήγοντας] Olim abſurde legebatur

γε) διὰ τὸ πηγυμφύοις πολλὰ τῶν μικρῶν ζώων ἐναποθνήσκειν ἁλισκόμφα, μὴ καθαρὰς λογίζεσθαι τὰς ἄλας, δύηθες ἐστ. λέγονται ὃ καὶ τὸν [5]Απιν ἐκ φρέατος ἰδίας ποτίζειν, τὸν δὲ Νείλον ποταπάσιν ἀπείργειν, [3]ὁ μιαρὸν ἡγεμφύας τὸ ὕδωρ διὰ τὸν κροκόδειλον, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν· ([4]οὐδὲν γὰρ οὕτω τιμὴ Αἰγυπτίοις ὡς ὁ Νεῖλος) [5]ἀλλὰ ποιαίνειν δοκεῖ, ἢ μάλιστα πυλυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νει-

batur ΕΠΙΘΙΓΟΝΤΑΣ. Quam vero lectionem ego praetuli, eam diſtincte exhibet *prima Aldina* Ed., et *Baſil.* 1574.

[3] ὁ μιαρὸν ἡγεμένας] Leg. ΗΓΟΥΜΕΝΟΙ. *Markl.* Nihil vero immutavi, reclamantibus omnibus Edd. neque forſan correctione opus eſt, cùm ἀπείργειν, verb. mod. infinit., immediatius praecedat; quod quidem verbum, uti loqui amant Grammatici, ſequenti commate ſubintelligi poſſit: ſcil. ὁ μ. ἡγεμένας τ. ὑ. —— ἀπείργειν, ὡς ἔνιοι &c.

[4] οὐδὲν γὰρ οὕτω τιμὴ &c.] Certiſſimum eſt quod hoc loco aſſerit auctor noſter: nihil enim apud Aegyptios tanto in honore erat atque *Nilus*, *Jupiter* quippe *Aegyptius* ab iis dictus; ita certe *Parmeno Byzantius*, vetus Poeta, apud *Athenaeum* (*Deip.* l. 5.) tradit. Unde etiam eſt quod apud *Jul. Firmic. Matern.* alioſque ſcriptores, *aquam colere et venerari* dicitur haec gens: imo nigras huic fluvio ſtatuas conſecrabant, quas deinceps adorare poſſent Aegyptii. Ita *Pauſan.* in *Arcadicis*; ποιεῖται δὲ, πλὴν ὅσ αἰγυπτίς Νείλς, πολαμοῖς τοῖς ἄλλοις λευκῆ λίθς τὰ ἀγάλματα· τῷ Νείλῳ δὲ μελάνς λίθς τὰ ἀγάλματα ἐργάζεσθαι νομίζσι: his demum adjungas quae profert *Heliodorus Aethiop.* l. 9. p. 423. Θεοπλαστῶσι τὸν Νεῖλον αἰγύπτιοι, καὶ Κρειόνων τὸν μέγιστον ἄγσι. Vid. etiam p. 445. Fluvios vero in genere veteres etiam *Perſas* coluiſſe ex *Herodoto* et *Arnobio* notum eſt.

[5] ἀλλὰ ποιαίνειν] Clarior vero eſſet pleniorque conſtructio, ſi, ἀλλ' ΟΤΙ ποιαίνειν δοκεῖ, ſcriberetur, ſc. "*Non quod pollutam aquam Nili cen-*" *ſent, ſed* quod *ejus aqua pota Pin-*" *guedinem efficere videatur.*"

[6] ἰσχύοντι τῷ θυητῷ, καὶ βαρύνοντι &c.] Ad oram Cod. *Bentleii* has voces immutatas, earumque loco ΙΣΧΥΟΝΤΑ καὶ ΒΑΡΥΝΟΝΤΑ ſubſtitutas eſſe ſenſi; ad σώματα quippe ſubſtantiv. relationem habere eas cenſebat vir ille κριτικώτατος. Correctione vero neutiquam opus eſt, recte enim vertit *Xylander*, "Non volunt autem

" Apim

λῶον ὕδωρ πινόμενον. ϗ βέλτιον δὲ τὸν Ἆπιν ὄντως ἔχειν, ϗ δὲ ἑαυτούς, ἀλλὰ δυσαλῆ ϗ κοῦφα ταῖς ψυχαῖς περιεῖναι τὰ σώματα, ϗ μὴ πιέζειν μηδὲ καταβλίβειν [6] ἰσχύοντι τῷ θνητῷ, ϗ βαρυύοντι τὸ θεῖον.

5. Οἶνον δ' οἱ μὲν ἐν Ἡλίου πόλει θεραπεύοντες τὸν θεὸν οὐκ εἰσφέρουσι, ϗ προσφέρουσι εἰς τὸ ἱερόν, [1] ὡς δ' προσῆκον ἡμέρας πίνειν τοῖς κυρίοις ϗ

"Apim pinguem esse et multa carne "obesum, ut ne seipsos quidem; sed "animis volunt levia atque gracilia "circumdata esse corpora, ne divina "pars *a mortali praepotenti* prematur "atque adfligatur." Eandem vero de *Api* historiam, quam habet *auctor noster*, profert etiam *Aelianus*, *Hist. Animal.* l. 11. c. 10. eandemque prorsus causam adjungit, quare a Nilo abstineret, καὶ γὰρ γλυκὺ τοῦτο τῷ ῥεύματος, ϗ εἰς ὄγκον σαρκῶν ὄντος ἀγαθοῦ. De sacerdotum Aegyptiorum abstinentia ejusdemque ratione, iis quae jam legimus, prorsus sunt similia quae a *Clem. Alexand.* Strom. 7. p. 850. afferuntur: Διὸ ϗ αἰγύπτιοι ἐν ταῖς καθ' αὑτοὺς ἁγνείαις οὐκ ἐπιτρέπουσι τοῖς Ἱερεῦσι σιτεῖσθαι σάρκας, ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται· καὶ ἰχθύων ἔκ ἄπτονται· κατ' ὀλίγας μέν τινας μύθους, μάλιστα δὲ ὡς πλαδαρὰν τὴν σάρκα τοῖς τοιάσδε κατασκευαζούσης βρώσεως.

perpendentibus alia fuerit mens. Inquit enim auctor, "Qui Heliopoli "solem (τὸν θεὸν) colunt sacris, vi-"num nullum prorsus inferunt in "templum, quod non conveniat *in-"terdiu* bibere, domino et rege in-"spiciente; Reliqui vino utuntur, sed "modico." Quid igitur? Num noctu vino usi fuerint *Heliopolitani* sacerdotes? minime quidem; si enim ita se res haberet, non primum dixisset *Plutarchus*, οἶνον οὐκ εἰσφέρουσι τὸ παράπαν, neque postea oppositionem quandam instituisset inter eos, aliosque ejusdem gentis sacerdotes qui vino modico usi sunt. Quid si igitur pro ἡμέρας, quae vox hoc in loco certe nihili est, reponamus ΙΕΡΕΥΣΙ? quod enim certum est, ex hac correctione omnia inter se aptissime congruent et consentient. sc. "*Heliopo-"litani vino non utuntur, quia non-"conveniat sacerdotibus bibere domino "eorum et rege inspiciente* &c." Neque quidem dicendum est retineri debere ΗΜΕΡΑΣ ob ea quae sequuntur, huic voci aliquatenus respondentia

[1] ὡς δ' προσῆκον ἡμέρας πίνειν] Ut ut sincera, primo forsan intuitu, videatur haec lectio, curiosius tamen

βασιλέως ἐφοεωνίος· οἱ ϑ' ἄλλοι χεωνίαι μὲν, ὀλίγῳ δέ. πολλὰς δὲ ἀοίνους ἁγνείας ἔχουσιν, ἐν αἷς φιλοσοφοῦντες καὶ μανθάνοντες καὶ διδάσκοντες τὰ ϑεῖα διατελοῦσιν. [2] οἱ δὲ Βασιλεῖς καὶ μετρητὸν ἔπινον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων (ὡς Ἑκαταῖος ἱστόρηκεν) ἱερεῖς ὄντες. ἤρξαντο δὲ πίνειν ἀπὸ Ψαμμητίχου· πρότερον δὲ οὐκ ἔπινον οἶνον, οὐδὲ ἔσπενδον, ὡς φίλιον ϑεοῖς, ἀλλ' ὡς αἵματων πολεμησάντων ποτὲ τοῖς ϑεοῖς, [3] ἐξ ὧν οἴονται πεσόντων καὶ τῇ γῇ συμμιγέντων ἀμπέλους γενέσϑαι· διὸ καὶ τὸ μεϑύειν [4] ἐκφέρουσι καὶ παραπλῆγας,

tia, Ϝ κυρίου κ. β. ἐφ: Templo enim ſuo ſemper aderat Deus ille de quo loquitur Auctor, et quem colebant hi ſacerdotes. Emendatio vero noſtra aliquantum roboris et firmamenti accipere videatur ex iis quae ſtatim ſequuntur. Addit enim auctor, "*Neque reges Aegyptios vinum olim potaſſe,*" (ſcil. ante *Pſammetichi* regnum.) Quare autem non biberent? Hanc ipſam cauſam aſſignat quam ſupra afferre *Heliopolitanos* volumus; quia ſcil. et ipſi *ſacerdotes erant*, ΙΕΡΕΙΣ ΟΝΤΕΣ.—Quod autem nonnulli Aegyptiorum ſacerdotum omni omnino vino abſtinere ſoliti erant, luculenter confirmari poſſit ex teſtimonio *Chaeremonis Stoici apud Porphyr.* de Abſt. l. 4. §. 6, οἶνος γὰρ οἱ μὲν ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο. Habes jam ipſiſſimam diſtinctionem quam inter Heliopolitanos ſacerdotes, caeteroſque ejuſdem gentis fecerit *Plutarchus*. Obſervandum porro eſt, quod non apud Aegyptios tantum, ſed et alias quoque nationes, νηφάλια haec ſacrificia *Soli* inſtituta fuerint. *Phylarchus* enim apud *Athenaeum* (l. 15.) memoriae tradit, *Graecos ſoli Mel libaſſe, vinum autem aris ejus non intuliſſe*, δεῖν λέγοντες τὸν ὅλα συνέχοντα καὶ διακρατοῦντα Θεὸν, ᾧ αἰεὶ συμπολεύοντα τὸν κόσμον, ἀλλότριον εἶναι μέθης. Si quis autem obſtinatius contendat retineri poſſe et oportere ἡμέρας; tum neceſſe eſt, pro οἱ δὲ ἄλλοι, legat ἄλλως δὲ &c. Sed potior videtur, quam primam dedi, correctio.

[2] οἱ δὲ βασιλεῖς &c.] Hac vero in re *Hecataeus* ſecum conſentientem habet *Siculum Hiſtoriographum*, τροφαῖς δὲ ἔθος ἦν αὐτοῖς (ſc. regibus) ἁπλαῖς χρῆσθαι —— οἴνου δὲ ταχτόν

τι

ἄτε δὴ τῶν [5] προγόνων τὰ αἵματος ἐμπεπλημμένους. Ταῦτα μὲν οὖν [6] Εὔδοξος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς Περιόδου λέγεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν ἱερέων.

ζ. Ἰχθύων δὲ θαλαττίων, τοὺς μὲν πλείστους τῶν [1] ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται, καθάπερ Ὀξυρυγχῖται τῶν ἀπ' ἀγκίστρου. σεβόμενοι γὰρ τὸν ὀξύρυγχον ἰχθύν, δεδίασι μή ποτε τὸ ἄγκιστρον ὑπὸ καθαρᾶς ἐστιν ὀξυρύγχου προσπεσόντος αὐτοῖς. Συαγῖται δὲ φάγρου· δοκεῖ γὰρ ἐπόψιμα τῷ Νείλῳ σημαίνειν, καὶ τὴν αὔξησιν ὁρμήσεσι φράζειν αὐτάγγελον ὁρώμενον. [2] οἱ δ' ἱερεῖς ἀπέχονται

τὶ μέτρον πίνοντας, μὴ δυνάμενον πλησμονὴν ἄκαιρον, ἢ μέθην προσποιῆσαι.

[3] ἐξ ὧν οἵονται πεσόντων —— συμμιγέντων.—] Qu. an Codd. habeant ΕΞ ΟΥ ΠΕΣΟΝΤΟΣ —— καὶ ΣΥΜΜΙΓΕΝΤΟΣ etc, quod praeſtare opinor. *Markland.*

[4] ἔκφρονας ποιεῖ.] Scrib, inquit Cl. *Markland*, ἔκφρονας ΠΟΙΕΙΝ, ſc. ΟΙΟΝΤΑΙ. Sed immutatione haud quaquam opus erit ſi modo ſemicolon poſt γενέσθαι addas ; quam quidem interpunctionem nobis clare exhibet *Ed. prim. Aldin.*

[5] Προγόνων.] Num a Gigantibus qui bellum olim diis intuliſſent, nati erant Aegyptii? Ita ex hoc loco conſtaret! Quis vero alius unquam id dixit? Nemo quidem omnium. L. igitur ΠΗΛΟΓΟΝΩΝ —— Gigantes enim πηλογόνους, ſive e *luto natos*, diſertis verbis non tantum *Callimachus*, ſed et alii dixerunt auctores.

[6] Εὔδοξος ἐν τ. δ. τῆς περιόδου.] *Eudoxus, Cnidius* videlicet. Multa hiſtorica, atque ad gentium ritus pertinentia adſperſerat huic operi *de Terrae Ambitu* ; quod propterea, τὴν περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίαν vocat *Strabo.* Fuit opus grande et quod multis libris conſtabat. Septimum citat *Stephanus*, περὶ πολ. et *Porphyrius* de vita Pythagorae. Vid. *Menag.* ad *Diog. Laert.* proem. ſ. 8.

[1] ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται] Immo, uti eleganter admodum et acute vidit *Markland.*, ἄλλ' ἔνιοι ἐνίων ἀπέχονται : Emendationem hanc certiſſimam eſſe oſtendunt ſequentia.

[2] Οἱ δὲ Ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων.] Ita *Herod.* l. 2. c. 37. Ἰχθύων δὲ οἱ σφι (ſacerdotibus nim:) ἔξεστι πάσασθαι. Ita etiam *Chaeremo Stoicus* apud

πολύτων. [3] πρῶτος ὁ μινὸς ἐνάτη, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ἑκάστος περὶ τῆς αὐλείας θύρας ὀπτὸν ἰχθὺν καὶ ἐδτίοντος, οἱ ἱερεῖς δὲ γδύονται μὲν, καὶ ἀκαίουσι δὲ περὶ τῶν θυρῶν τοὺς ἰχθῦς· δύο λόγους ἔχοντες, ὧν τὸν μὲν ἱερὸν καὶ κρυπτὸν αὖθις ἀναλήψομαι, συμφέροντα τοῖς περὶ Ὀσίριδος καὶ Τυφῶνος ὁσίως φιλοσοφουμένοις· ὁ δὲ ἐμφανὴς καὶ πρόχειρος, οὐκ ἀναξιόλογον δὲ πρόφασιν ὄψον [4] ἀποφαίνων τὸν ἰχθύν, Ὁμήρῳ μαρτυρεῖ, μήτε Φαίακας τοὺς ἀβροβίους, μήτε τοὺς Ἰθακησίους ἀνθρώπους νησιώτας, ἰχθύσι χρωμένους ποιοῦντι, μήτε τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους ἐν πλῷ τοσούτῳ καὶ ἐν θαλάττῃ, πρὶν εἰς ἑκάτλιον ἐλ-

apud *Porphyr.* περὶ ἀπ: l. 4. f. 7. ἰχθύων ἀπείχοντο πάντων, ſacerdotes ſcil. aegyptii: Vnde evenit quod ἀθέμιτον δηλοῦντες, (verba ſunt *Hori Niliaci* ad Hierogl. 42.) ἢ καὶ μῦσος, ἰχθὺν ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ τὴν τούτου βρῶσιν μισεῖσθαι, καὶ μεμιάνθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς. Neque apud aegyptios tantum ſed et ad alias quoque gentes pertinebat haec religio: *Auctor de dea Syria*—ἰχθύας χρῆμα ἱερὸν νομίζουσι, (Sacerdotes Hieropolitani) καὶ ἔκοτε ἰχθύων ψαύουσι. Vnum inſuper *Plutarchum* hac de re addam; ὅθεν οὐ παρ' αἰγυπτίοις μόνον, οὐδὲ Σύροις, ἀλλὰ καὶ παρ' ἕλλησι γέγονεν ἁγνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων. Sympos. lib. 8. Q. 8.

[3] πρώτου δὲ μηνὸς.] Qu. annon lateat menſis aegyptiaci nomen ſub voce πρώτου? *Markland.*

[4] ἀποφαίνων.] Caeterae edd., ad unam omnes, ΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ praeſtant, quae tamen vox hoc in loco, ſalva conſtructione, neutiquam ſtare poteſt. MS. P. ΑΠΟΦΑΙΝΕΙ exhibet, nihilo melius. Noſtra autem correctio *Baxter.* et *Markland.* adprobantes habet. Pro ΠΕΡΙΕΡΓΟΝ ad Oram. *Cod. Bentl.* ΑΠΕΡΙΕΡΓΟΝ adnotat. vidi.

[5] ἡγοῦνται καὶ παρωρισμένην.] Iſtud καὶ, otioſum quippe et ab ultima ſyllaba vocis praecedentis originem trahens, delendum eſſe ſtatuo.

[6] οὐδὲ μέρος.] Neceſſe eſt poſt haec verba ΤΗΣ ΓΗΣ addas, vel ſaltem mente intelligas. Quod autem Aegyptii

θεῖν ἀποείαν. ὅλως ὃ καὶ τιὼ θάλατταν ἐκ πυρὸς [5] ἠ-γεῖσθαι καὶ παρωσιμβρίην, [6] οὐδὲ μέρος, οὐδὲ στοιχεῖον, ἀλλὰ ἀλλοῖον φεῖθρα διεφθορὸς καὶ νοσώδες.

η. Οὐδὲν γὰρ ἄλογον, οὐδὲ μυθώδες, οὐδὲ ὑπὸ Δεισιδαιμονίας (ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν) ἐγκατεσκευάσθω ἱερουργίας, ἀλλὰ τὰ μὲν, πιθανὰς ἔχοντα καὶ χρειώδεις αἰτίας, τὰ δὲ οὐκ ἄμοιρα κομψότητος ἱστορικῆς ἢ φυσικῆς ἐστιν. οἷον τὸ φεὶ Κρομμύου· τὸ γὰρ ἐμπεσεῖν εἰς τὸν σταφυλὸν, καὶ ἀπολέσαι τὸν τῆ Ἴσιδι πρόφιμον Δίκτυον τῶν κρομμύων ἐπιθραυσόμενον, ἐκάτερον ἀπίθανον. οἱ δὲ Ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται [1] καὶ δυσχεραίνουσι καὶ τὸ

gyptii *neque Telluris partem mare reputarent*, neque Aquas ejus inter primaeva omnium rerum elementa ponerent, hac quidem in ſententia non ſoli ſunt, quippe inter Graecos etiam Philoſophos reperiantur, qui eidem opinioni faverent. *Empedocles* enim Mare Ἰδρῶτα ſtatuebat eſſe τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τῦ ἡλίυ διὰ τὴν ἐπι πόλαιον πλύσιν (F. ΠΥΡΩΣΙΝ): *Antipho* etiam Ἰδρῶτα θέρμυ Oceanum vocat — ſed plura vid. ap. *auctor. de Placit. Phil.* lib. 3. c. 16.

[1] καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κρόμμυον] Secundum iſtud ΚΑΙ nihili prorſus eſt, neque quidquam valet niſi ad curſum Orationis interturbandum; ocyus igitur amovendum eſſe cenſeo: ſin obſtinato animo retinere velis, neceſſe eſt cum *Marklando* reſcribas, ΠΑΡΑΦΥΛΑΤΤΟΥΣΙ. Quod vero narrat *Plutarchus* de Caepis odio et abominationi habitis apud Aegyptios, *id nequaquam* (inquit *Kircherus Oedip.* tom. 3.) *de Caepis ordinariis, quo edulio nil in aegypto tritius, ſed de Caepa Scillitica intelligendum eſſe ſcias: quam, et non ſine cauſa, oculum Typhonis appellabant.* Utut vero haec ſe res habeat, ex hoc loco certiſſime conſtat, Caepas haſce ab aegyptiis, ſuperſtitioſiſſima licet gente, pro Diis haudquaquam fuiſſe habitas —— Ab iis quidem accuratiſſime abſtinebant; ita etiam a Piſcibus, a Carne Suilla, a Vino, a Sale etc: Haeccine vero omnia pro Diis habuiſſe et coluiſſe dementem Aegyptum?

Κρόμμυον ϖροφυλάτ̃ονλες, ὅπι τ̃ Σελωύης φθινύσης, μόνον ὑπερορᾶν τ̃το κ̀ τεθηλέναι ϖέφυκεν. ἔσι δ̀ ϖερόσφορον ὅτε ἀγνεύσων ὅτε ἑορτάζουσι, τοῖς μ̀ν, ὅτι διψ̃ην, τοῖς ὃ, ὅτι δακρύειν ϖοιεῖ τὰς ϖερισφερομ̀νας. ὁμοίως δ̀ κ̀ τὸν Ἄπιν ἱερὸν ζῶον ἡγοῦνται. ὡς μάλισα γ̀ ὀχεύεσθαι δοκεῖ τ̃ης Σελωύης φθινύσης· καὶ τ̃ν τὸ γάλα ϖινόντων ἐξαιθεῖ τὰ σώματα λέπραν κ̀ ψωρικὰς ϖαχύτ̃ας. [2] τὸν ὃ λόγον, ὃν, Σύονλες ἅπαξ Ἄπιν ὃν ϖανσελωύῳ [3] καὶ ἐθίονλες, ἐπλέ-

nemo eſt, qui talia aſſerat. Ignorabant quippe exterae Gentes veras Rituum et Caeremoniarum cauſas quae ab his hominibus obſervata fuerint; hinc tanti de his rebus errores in Vulgus emanaverunt; hinc ſuum *Porrum et Caepe Nefas* deduxit Satyrorum ille ſcriptor; atque hinc eſt quod affirmat *Plinius*, Nat. Hiſt. l. 19. c. 6. *Allium Caepaſque inter Deos in Jurejurando habet Aegyptus.*

[2] τὸν δὲ λογον ὃν θύονλες ἅπαξ Ἄπιν ὃν ἐν ϖανσελήνῳ] Poſt ΑΠΙΑΞ, aliquam amplius deſiderari vocem, facile eſt videre; et praeſto eſt *Aelianus*, qui eam nobis ſuppeditabit. Ita enim Sophiſta ille, lib. x. de Animal. c. 16. Πιπισεύκασι δὲ αἰγύπλιοι τὴν Ἶν κ̀ Ἥλίῳ, κ̀ Σελήνη ἐχθίσην εἶναι. Ὅταν δὲ αἰγύπλιοι ϖανηγυρίζωσι τὴν σελήνην, θύσιν αὐτ̃ ΑΠΙΑΞ ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ Ἶν, ἄλλοτε δὲ ὅτὲ ἐκείνῃ, ὅτὲ ἄλλῳ τ̃ῶν θεῶν τόδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν, ὡς μυσαρόν. De hoc Feſto loquitur etiam *Herodot.* l. 2. c. 47. Ἶν δὲ αἰγύπλιοι μιαρὸν ἡγηνλαι θηρίον εἶναι . . . τοῖσι μὲν νὺν ἄλλοισι θεοῖσι θύειν ὗς ὐ δικαιεῦσι αἰγύπλιοι: Σελήνῃ δὲ κ̀ Διονύσῳ μένοισι, τ̃ αὐτ̃ χρόνῳ, τ̃ῇ αὐτ̃ϊ ϖανσελήνῳ τὰς ὗς θύσανλες, ϖατέονλαι τ̃ῶν κρεῶν. κ. τ. λ. Licet vero hoc in loco non quotannis fuiſſe hoc Sacrificium aſſerat *Herodotus*, uti ante *Aelianus*, abunde tamen oſtendit ſolenne fuiſſe Sacrificium, ſaepius occurrens. Neque quidem fas eſt exiſtimare tam odioſum animal omni Plenilunio ſacrificatum fuiſſe.—Omnino igitur *Aeliani* retinenda eſt lectio, et *Plutarcho* inſuper reſtituenda. Quod autem de hujus Beſtiae *Lacte* ſuperius attulit *Auctor noſter*, a *Manethone*, ut plurima alia, deſumptum eſſe

γεσιν, ὡς ὁ Τυφὼν ιῷ διώκων περὶς τὴν ποτ-
σέλιωον δῦρε τὴν ξυλίνιλω σορὸν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα
τῦ Ὀσίριδ@ ἔκειτο, ϰ̀ διέῤῥιψεν, ὰ ποτὼτες ἀπο-
δέχον[ται], [4] παρακεσμάτων ὥσπερ ἄλλα πολ-
λὰ νομίζον[τ]ες. ἀλλὰ τυφλῶ γε ϰ̀ πολυτέλειαν
ϰαὶ ἡδυπάθειαν ὕτω περβάλλεως τὸς παλαιὸς
λέγεσιν, ὥσε ϰ̀ τήλιω ἔφασαν ἐν Θήβαις ἐν τῷ
ἱερῷ κεῖως κατάρας ἐγγεγραμμένας ἔχεσαν ϰ̀τ'
Μείνι@ τ' βασιλέως, ὃς πρῶτ@ Αἰγυπ[τίες τ'
ἀπλέτε ϰ̀ ἀχρημάτε ϰαὶ λιτῆς ἀπήλαξε διαί-

esse videtur. Ita enim Historicus Auctoris Menti adcommodatius a-
ille, uti hac de re ab *Aeliano* loco su- liud excogitari possit, neque quod a
pra memorato laudatur, ἀκέω δὲ ϰ̀ recepta lectione tam pauxillulum
Μανέθωνα τὸν αἰγύπλιον σοφίας εἰς ἄ- recedat.—Διότι δὲ τὲς ὗς, verba sunt
κρον ἐληλακότα ἄνδρα εἰπεῖν, ὅτι γά- *Herodot.* l. 2. c. 47., ἐν μὲν τῇσι ἄλ-
λακτ@ ὑείε γευσάμεν@ ἄλφων ὑπο- λῃσι ὑρτῇσι ἀπεσυγήκασι, ἐν δὲ
πίμπλαται ϰ̀ λέπρας. *Hieropolitani* ταύτῃ θύεσι, ἔσι μὲν λόγ@ περὶ αὐ-
porro sacerdotes σύας ἐναγέας νομί- τοῦ ὑπ' αἰγυπτίων λεγόμεν@· ἐμοὶ
ζον[τ]ες, ὅτε θύεσι, ὅτε σιτέον[τ]αι. ἄλλοι μέντοι ἐπισαμένῳ ἐϰ εὐπρεπέσερός ἐσι
δὲ ὐ σφέας ἐναγέας, ἀλλὰ ἱρὲς νομί- λέγειν. Quaeri quidem possit, num
ζεσι. *Auct. de Deo Syria*, ad 3 Vol. causa hujus celebrationis quam re-
Lucian. Ed. Nup. pag. 487. ticendam esse statuit *Historiae Parens*,
sit ipsum hoc παρακεσμάτιον, quod
in hoc loco sugillat Auctor.

Ibid. Legendum puto ἀποδέχον-
ται, ΠΑΡΑΚΟΥΣΜΑ ΤΩΝ **, ὥσ-
περ ἄλλα πολλὰ νομίζον[τ]ες. Post
ΤΩΝ deest Genetivus, ΝΕΩΤΕΡΩΝ,
vel tale quidpiam; F. ΤΩΝ ΥΣΤΕ-
ΡΟΝ, ut pag. 675. *Ed. Steph.* οἱ δὲ
ὕσερον, ἀπαιδεύτως δεχόμενοι etc.
Markland.

[3] ϰ̀ ἐθίον[τ]ες.] Hanc, quam prae-
fero, Lectionem sagacissimo *Bentleio* debet Lector. ΚΑΤΕΣΘΙΟΝΤΕΣ enim aliae Edd. exhibent. Emendat Cl. *Markland.* ΚΑΙ ΚΑΤΕΣΘΙΟΝΤΕΣ.

[4] παρακεσμάτων.] Nulla est omnino hujus vocis in hoc loco significatio. Legendum igitur arbitror, cum *Xyland. Baxt. Bentl.* ΠΑΡΑΚΟΥΣΜΑΤΙΟΝ: quo quidem verbo neque

[5] Τέχ-

της. λέγεται ὴ ⁵ Τέχναλις ὁ Βοκχόρεως πατὴρ στρατεύων ἐπ' Ἄραβας, ὑποσυλῆς βεβαιωσάμενος, ἡδέως τῷ ἀποστυχόντι σιτίῳ χησάμενος, εἶτα κοιμηθεὶς βαθὺν ὕπνον ἐπὶ σκάδος, ἀπασάσας τὴν ἀτέλειαν· ἐκ δὲ τούτου καθαρίσας τὸ ⁶ Μείνι ὴ, τῶν ἱερέων ἐπαινεσάντων, συλλιτεῦσαι τὴν κατάραν.

9. Οἱ ὴ Βασιλεῖς ἀπεδείκνυντο μὴ ἐκ τῶν Ἱε-

⁵ Τέχναλις ὁ Βοκχόρεως πατήρ.] Nomen patris *Bocchoris*, (ita enim hanc vocem effero (cum antea BAKXOP. legeretur) uti MS P. et caeteri omnes Auctores, quod scio, tam Graeci quam Latini expresse exhibent, vid. *Juv.* Sat. 5. *Diod. Sic.* lib. 1. pag. 59. *Tacit.* Histor. lib. 5. cap. 2.) Nomen, inquam, patris hujus Regis aliud reperitur apud *Athenaeum* (lib. 10. pag. 418. Ed. Lugd.) Ἀλεξις ἐν τῷ περὶ αὐταρκείας ἔφη, μελίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν, καὶ τὸν πατέρα αὐτῦ ΝΕΟΧΑΒΙΝ. *Diodor. Sic.* (lib. 1. p. 29. *Ed. Steph.*) ΤΝΕΦΑΧΘΟΝ, vel ΓΝΕΦΑΧΘΩ, *Plinius* autem (Nat. Hist. lib. 36. cap. 19.) eundem Virum *Nectabim* vocat. Extat porro apud *Athenaeum* aliud insigne Testimonium antiquae apud Aegyptios Frugalitatis, quod in medium proferre non pigebit: ἡ παρ' αἰγυπτίοις τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος περὶ τούτων γεγραφὼς. καθήμενοι μὲν γὰρ ἐδείπνουν τροφῇ τῇ λιτοτάτῃ ἡ ὑγιεινοτάτῃ χρώμενοι, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν. lib. 5. pag. 191.

⁶ Μείνι.] Ita jam imprimendum esse curavi pro MEINIΩ, quod prius hoc in loco reperiebatur; quae tamen vox nunquam vel a MIN, vel MHN, vel MEINIΣ, vel MENHΣ nominibus deduci queat; uti recte viderint *Xyland. Baxt. Bentl.* —— *Minis* quippe hic primus Aegyptiorum censetur, qui ab antiqua illa vivendi feritate socios et populares suos revocaverat; quique homines, pecudum more huc illuc inerrantium, distractos et dispulsos in societatem civilem conjunxerat. Haud igitur alius videtur esse quam ipsissimus ille *Menes*, quem omnes tum Historici tum Chronographi *primum Aegyptiorum Regem* dicunt: unum vero *Herodotum* exscribam, qui lib. 2. c. 4. ait, Βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον αἰγύπτου ἀνθρώπων ἔλεγον ΜΕΙΝΑ. Num ab *Osiri* igitur diversus fuit hic Rex? vix

ρέων ἡ τῶ Μαχίμων, ϛ̀ μὲν δι' ἀνδρίαν, ϛ̀ ὃ διὰ σοφίαν, ἡγεμὼς ἀξίωμα ϰ̀ τιμὴν ἔχοντος. ὁ ὃ ἐπ Μαχίμων ἀποδεδειγμένῳ, οὗτος ἐγίνετο τῶ Ἱερέων, ϰ̀ μετεῖχε τ̀ φιλοσοφίας ἐπικεκρυμμένης τὰ πολλὰ μύθοις ϰαὶ λόγοις ἀνδρὰς [1] ἐμφάσεις τ̀ ἀληθείας ϰ̀ διαφάσεις ἔχουσιν, ὥσπερ ἀμέλει ϰ̀ σημαδηλοῦσιν αὐτοὶ, [2] πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς Σφίγγας ἐπικῶς ἱσάντες, ὡς αἰνιγματώδη σοφίαν τ̀ θεολο-

